



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est**

**Masson, Jean Papire**

**Parisiis, 1678**

Rhodanus, Arar, Isara, & Druentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13059**

MOSSEL  
LA.  
Nancy.

tur *Nancium*, Ducis Lotharingie sedes præcipua, eademque munitissima. Denique fluvius *Mosella* clarissimam urbem *Mediomatricum*, cui Rex noster imperat, aluit, progressusque longius excurrit in *Rhenum*.

*Rhodanus, Arar, Isara, & Druentia.*

RHO-  
DANVS  
Le Rho-  
jne .r.

**A**RRO in tribus primis Europæ fluviiis *Rhodanum* posuit, ut *Gellius* cap. septimo libri decimi testis est. De eo flumine *Vibius Sequester* ait: *Rhodanus Gallie Lugdunum & Avenionem decurrens, atque Arelatem mari Thyrrenomiscetur.* At *Julius Cæsar* libro primo *Commentariorum* de bello Gallico: *Lacus, ait, Lemanus in flumen Rhodani influit: quod verissimè ab eo scriptum puto, ut ab Aufonio hunc versum.*

*Quà rapitur præceps Rhodanus genitore Lemano.*

Et si Gregorius Turonensis libro RHO-  
DANVS  
primo de Gloria Confessorum cap.

76. ita scripserit de Lemano, de-  
que Rhodano. *Lemanus lacus, in-  
quit, per quem Rhodanus influit,  
extenditur in longitudine quasi sta-  
diis quadringentis, in latitudine vero  
stadiis centum quinquaginta. Quid  
autem per stadia intelligat Grego-  
rius, ipso expositore utar; loquens  
enim libro sexto cap. 46. de Calla-  
monasterio Virginum in agro Pa-  
risiensi, ait locum ipsum distare à  
Lutetia stadiis quasi centum. Et  
stadium centum viginti quinque  
passuum esse, Gellius affirmat.  
Gregorii verba sunt. *Chilpericus  
ad villam Calensem qua distat ab  
urbe Parisiaca quasi centum stadiis,  
accedit, ibique venationes exercet.  
Nunc autem à Lutetia Calam vs-  
que quatuor leucas spatii esse di-  
cimus. Eodem loco de Gloria mar-  
tyrum hæc verba etiam adjicit.  
In hoc stagno ferunt trullarum pi-  
scium magnitudinem vsque ad cen-  
tum librarum pondera trutinari. Sta-  
gnum vocat lacum Lemanium, quo-  
sensu Romani scriptores, ut Mela**

RHO-  
DANUS.  
Le lac  
du  
Bour-  
get.

Le lac  
des Ge-  
neve.

& alii, stagna Volcarum dixerunt. In Lacus Burgite, qui Rhodano proximus est, & Altacumbæ monasterio ordinis Cisterciensis, vidi captam tructam ponderis octoginta librarum, quam conuiuæ, quorum vnus fuit ab Alphonso Delbenio Episcopo Albiensi prandio excepti hilariter comedimus. Ac ne quis dubitandi occasionem habeat, Rhodanum influere in lacum Lemanum dicimus vt nomen non amittat, permixtusque illi pereat. Erumpere enim Rhodanum è lacu, & in mare Mediterraneum decurrere compertum est. Cæsar eodem libro: *Inter fines Helueticorum & Allobrogum Rhodanus fluit, isque in nonnullis locis vado transitur, & lacu Lemano & flumine Rhodano qui provinciam nostram ab Helueticis diuidit.* Et alibi: *Sequanos à provincia nostra Rhodanus diuidit.* Quod nomen Provinciæ accipiendum est pro eo tractu terræ cui Romani soli præerant, & in quo iurisdictionem suam exercere poterant. Hilarius Latinæ eloquentiæ Rhodanus appellatur ab

Hieronymo præfatione secundæ ad Galatas. Hoc flumen ripas rodit, dictumque à rodendo Petrar-cha existimavit, apud Carpentoracte educatus puer, adultus apud Clausam vallem, & Sorgiam Regem fontium, ut ipse loquitur. Quintus Sertorius civis Romanus eum traiecit armatus, quod Plutarchus gravis scriptor in vita eius annotavit. Describitur autem ab Ammiano, qui eum rapidum esse ait, à Paulo Jovio diligentissimo scriptore Alpium & fluviorum qui in eis oriuntur. Et nobilissimus quoque fluviorum Rhodanus ab Eusebio dicitur his verbis: *Oppidum Rhodani Coloni Rhodiorum locaverunt, unde annis Rhodanus nomen accepit, ut Hieronymus in Epistola ad Galatas tradit. Et idem Eusebius lib. quinto capite quinto: Gallie urbes sunt facile principes, & qua præter ceteras omnium sermone præstare dicuntur, Lugdunum & Vienna, per quas utraque Rhodanum fluvium pertransire ac precipiti cursu per universam Galliam ferri constat. In principio mer-*

RHO-  
DANIS.

RHO-  
DANVS

catus qui hîc celebrari solet, qui-  
que est propter frequentiam homi-  
num ex omnibus eò gentibus com-  
meantium. Polybius quidem libro  
tertio, *Rhodanus*, ait, tribus fonti-  
bus surgit supra maris Adriatici  
intimum sinum, seque per medium  
iter agens egreditur (quæ verba sen-  
tentiam nostram supra positama-  
pertè confirmant) & inde in occi-  
dentem ablatas aliquandiu Gallias  
dirimit, post cursu versus meridiem  
adducto defluit in mare Sardonium.  
Id à Sardinia insula nomen accepit.  
Deinde adjicit Alpes à Massilia in-  
cipientes vsque ad intimum maris  
Adriatici sinum protendi. Illud  
quoque Polybii est, cui propterea  
Insula nomen inditum, quod ibi Arar  
Rhodanusque ex Alpibus decurren-  
tes aliquantum agri amplexi defluunt  
in unum. Eodem libro Polybius,  
Europe præcipua pars, inquit, Se-  
ptentrionem spectat ultra Thanaim  
& Narbonem fluvium, qui non lon-  
gè distat ab ora Massilie, à Rho-  
dani ostiis que in Sardonium de-  
fluunt mare. Hanc omnem regionem  
habitant Galli à Narbone vsque ad

Pyreneum montem, extenditurque à mari nostro ad Oceanum. Quo loco Polybius per Narbonem fluvium intelligit Atacem ex Pyreneo monte digressum, deinde Narbonem usurpat pro vrbe Narbonensi. Hannibal trajecto Rhodano in Volcis, qui sunt è regione Provincia, quartis Castris ad Insulam pervenit. Ibi Arar, Rhodanusque amnis diversis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi confluunt in unum mediis campis quibus Insulae nomen inditum. Accolunt propè Allobroges, gens jam inde nulla Gallica gente, opibus aut fama inferior. Hæc Livius Decadis secundæ lib. 1. Isque locus confirmat quod à Strabone narratum scimus. Postremò à Silio Italico excellenti Poëta describitur libro tertio Punicorum:

Aggeribus caput Alpinis, & rupe  
nivali

Profilit in Celtas, ingentemque ex-  
trahit amnem

Spumanti Rhodanus proscindens  
gurgite campos.

At propere in pontum latè ruit inci-

233 Pap. Mass. descr. Franciæ  
tus alveo,

RHO-

CANVS.

*Auget opes stanti similis, tacitoque  
liquore*

*Mixtus Arar, quem gurgitibus com-  
plexus anhelis*

*Cunctantem immergit pelago, ra-  
ptumque per arua*

*Ferre vetat patriam vicina ad lit-  
tora nomen.*

Hos de Arari versus veros esse di-  
cet, qui locum illum Cæsaris ex lib.  
1. de bello Gallico legerit. Flumen  
est Arar, quod per fines Hedunorum  
& Sequanorum in Rhodanum influit  
incredibili lenitate, ita ut oculis, in  
utram partem fluat, judicari non pos-  
sit. Rhodanum quoque esse aurife-  
rum ut pleraque Galliæ flumina  
curiosi scient, & qui aurum le-  
gunt in hoc flumine hac ratione il-  
lud purgant, arenæ culeo agitate  
hydrargiro superinfuso, & mox  
adusto, quod fuit repertum eluces-  
cit. Hic pauci versus quorundam  
poëtarum in laudem Rhodani at-  
que Araris inserendi sunt; ac pri-  
mùm ordiemur à versu Ligurini  
poëta:

*Chrisopolim placidam dubius perla-  
bitur*



per Flumina.

289

RHO-  
DANVS.

bitur annis

Maximus Allobrogum Rhodanus  
dominator aquarum.

Glaber capite primo lib. 5. In  
civitate Chrysopoleos, qua vulgo  
Vesuntio vocatur, id est aurea ci-  
vitas. Extremum oppidum Allo-  
brogum proximumque Helvetio-  
rum finibus Geneva est, ex oppido  
pons ad Helvetios pertinet. Gene-  
vam inter oppida Allobrogum  
numerari certum est, apud quam  
propter Lemanium lacum, vt supra  
diximus, Rhodanus intumescit.  
De quo Rhodano & Arari Poëta  
etiam canit:

— Rhodanus raptum velocibus vn-  
dis

In mare fert Ararim.

Sidonius magnam partem fluvio-  
rum Galliae vno aut altero versu  
complectitur carmine quinto:

— — — Sequana, Ledus.

Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa,  
Matrona,

Clitis, Elaver, Vahalus.

Et Fortunatus in vita S. Martini:

Largior Eridano, Rhodano torren-  
tior amplo,

N

290 Pap. Mass. descr. Francie  
RHO. Uberior Nilo, generoso sparsior Hi-  
DANVS. stro.

Et libro secundo:

Rhenus, Arar, Rhodanus, Tybris,  
Padus, Hister, Orontes;

Quod mare, terra, polus, pisce, alite,  
fruge ministrat.

Ausonius de Garumna & Rhoda-  
no:

Testis Arar, Rhodanusque celer,  
magnusque Garumna.

Libro decimo Epistolarum fami-  
liarium Marci Ciceronis Plancus  
ait: Cum exercitu meo à Confluente  
Rhodano castra movi.

Communia verò testimonia de  
Arari & Rhodano Claudiani Poë-  
tae proferam. In Eutropium qui-  
dem:

Acarium pelagus Michalaeque lit-  
tora juncti,

Marfya, Meanderque petunt, sed  
Marfya velox

Dum suus est, flexuque carens, jam  
flumine mistus

Mollitur Meandre tuos contraria  
passus

Quàm Rhodano stimulatus Arar.  
In Rufinum 2.

Inde truces flauo comitantur vertice  
Galli, RHO-  
DANUS.

Quos Rhodanus velox, Araris quos  
tardior ambit,

Et quos nascentes explorat gurgite  
Rhenus.

Idem Claudianus:

Diversoque tuas celebrarunt gurgite  
voces

Lentus Arar, Rhodanusque celer, &  
dives Iberus.

Ac ne plura Poëtarum testimonia  
congeram, umbrosis ac gelidis in  
vallibus, quas rupes Alpium angu-  
stat, & quas parvus adhuc Rhoda-  
nus secat, unde regio ipsa Vallensis  
vulgo dicitur. Petrarcha Ep. 8. lib.  
5. rerum senilium ad Joan. Boca-  
tium. Nec à Vallensibus ad Lepon-  
tios, vbi Rhodanus oritur, progres-  
suri sumus: nihil enim necesse  
est.

Genevæ autem infra oppidum  
Rhodanus ligneum pontem habet,  
& Lemanus lacus procurrit in lon-  
gitudinem leucarum quatuorde- s. Mau-  
rit: en  
Cha-  
blois.  
cim versus Veragros, ubi est Agau-  
num martyrum Mauricii & The-  
beorum illorum memoria nobile,

RHO.  
DANVS.

& in decem tantum versus Antua-  
tes sive Vaudios : in latitudinem  
verò in quatuor duntaxat : sed quæ  
maxima est latitudo inter *Conchias*  
& *Morgem* angustus est , & in ri-  
pa quæ ad *Chablacios* pertinet , vi-  
cus est ejusdem cum *Lemano* cogno-  
mine , aquam perpetuò effundens.  
Genevenses etiam non procul à  
mœnibus alium in arva pontem  
quoque ligneum habent , antequam  
Rhodano permisceatur. Is è *Fulci-*  
*natum* jugis dilapsus imbribus hi-  
bernis intumescere est solitus , ad-  
eòque inflari , ut se ipse non capiat.  
Quod autem ad ripas Lemani atti-  
net , eas nonnunquam glacie astrin-  
gi compertum est , atque institores  
qui besoliam piscem lavaretio per-  
similem capere in eo solent , pro eo  
qui est piscium saluberrimus , impe-  
ritis stultisque emptoribus expo-  
nunt.

